



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 156. De traditione bonorum in Helpdun et Hesiti in pago Nithega.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

## §. 156.

Tradidit richardus pro anima patris sui nomine bernhari quicquid habuit in *helpdun* (u) et in *hesiti* (v) testes erp aibet uolmer tiadric et alii sex.

gubernante Corbeiam Warino.


## §. 157.

Tradidit usso qui et liudulfus pro anima fratris sui bosonis in *drobem* (w) mansum cum omnibus appendiciis testes frithuric thiadric liudman uigiung et alii quatuor.

## §. 158.

Tradidit beuo in *astonbolteimarki* (x) quicquid ibi habuit in familiis

cam-  
pria subter firmauimus et anuli nostri impressione assignari iussimus.

Signum  domni hildouici serenissimi imperatoris augusti.

hrotmundus notarius ad uicem hildouini recognoui et *fff*.

data XI kld decembris anno Xpo propitio XXV imperii domni hildouici serenissimi imperatoris indict. i. actum ingelenheim palatio v in dī nomine feliciter amen.

Sigillum habet  
Tab. II. n. 6.

- (u) *Helpdun* villa, erat testante Registro nostro, in pago *Nitbega*. Dudum vero ea De villa desolata est. Sita erat ea haud procul ab oppido Nihem intra episcopatus Paderbornensis terras.
- (v) *Hesiti* erat, eodem Registro teste, in pago eodem *Nitbega*. Intelligimus ergo, de De villa notari vicum *Hesle* seu *Heste* in episcopatu Paderbornensi situm, itinere vnus *Hesiti* horae ab oppido Driborg distantem.
- (w) *Drohem* villa existit in pago *Huetigo*, vti indicat Saracho in *Registro Bonorum* De villa et *Prov. Ab. Corb.* Pagum *Huetigo* existisse ad fluium *Ensbriam* in comitatu *Drohem*. *Sualenbergico* et *Pymontano*, iam supra §. 3. docuimus. Villam vero *Drohem* in eadem regione diu inuenire non potuimus, donec amicus quidam nobis retulit, inueniri ad viam, quae ducit ab oppido *Steinheim* in episcopatu Paderbornensi ad *Kollsted*, campum dictum *das Druheimersfeld*. In eo, quod probabilissimum videtur, eadem villa *Drohem* quondam existit, dudum inter desolatas villas recensenda.
- (x) *Astonbolteimarki* locus quaerendus est in terris episcopatus Paderbornensis. *Mar-* De *A-* *cus* quid significet, iam supra §. 118. indicauimus. Designatur regionis limes *ston-* seu terminus alicuius provinciae. Memoratu dignum hunc esse locum, diligen- *teimark-* *cu.* tes antiquitatum scrutatores facile dabunt, in primis cum nullum hucusque editum diploma istius marcae mentionem iniecerit; ex auctore autem *Vitae Mein-* *werici* Tom. I. Script. Rer. Brunsvic. Leibnitii p. 530. demonstrari non potuerit, an marca, quam adtingit, sit *Colsidi*, vel *Astonbolte* vel *Lanchel*. Cum ergo eundem marem considerare constituerimus, primum verba e *Vitae Meinwerici* loco laudato adducere debemus. Ea sic sonant: *Quadam sanctimonialis de Gesiker,*  
L1 Oda